



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Vita duorum fratrum Trapezitarum Syrorum. CLXXXVIII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

nire quietem, fiduciam oderit. Qui peregrinus esse vult, apparentiam odio habeat. Qui iracundiam continere desiderat, multorum consilia fugiat. Qui iniurias obliuisci vult, maledicta doctetur. Qui sine distractione esse appetit, solitarius maneat. Qui continere vult linguam, obstruat aures, ne multa audiat. Qui Dei timorem habere cupit, corporalem oderit requiem, diligitque afflictionem, & angustiam.

Vita duorum fratrum Trapezitarum Syrorum.

C A P V T C L X X V I I I .

ABBAS Theodorus antiqui monasterij pater, narrauit nobis dicens: Erant Constantinopoli fratres dno trapezite syri. Dixit maior ex illis minori fratri: Veni, descendamus in Syriam, & possideamus paternam domum nostram. Dixit illi iunior: Cur ambo dimittimus hic ministerium nostrum: Descende ipse, & ego hic manebo, vel ego descendam, & tu hic remane. Conuenit ergo inter eos, vt discenderet iunior. Cum itaq; descendisset, post breue tempus is, qui Constantinopoli remanserat, vidit in somno senem quendam speciosum, & magnæ reuerentiæ, dicentem sibi: Scis, quia fornicatus est frater tuus in vxorem cauponis: Qui exurgens à somno contristari cœpit, & intra semetipsum dicere: Ego illi causa fui istius lapsus. Cur enim dimisi illum solum? Aspexit autem eundem se. undecentem sibi: Scis, quia frater tuus corruit in vxorem cauponis? Quo viso, rursus contristatus est. Tertio conspicit eundem dicentem sibi: Nescis, quia frater tuus perdidit liberam mulierem, & in vxorem Cauponis effusus est? Scripsit igitur ad illum ex Constantinopoli, vt statim dimittis omnibus

nibus, veniret Byzantium. Qui acceptis fratris li-
teris, statim dimisit oīa venitq; ad fratrem suum
Ille verò mox vt vidit eum, duxit in maiorem
Ecclesiam, & cœpit mœstus culpāre illum, ac di-
cere: Bene fecisti, frater, quia Cauponis vxorem
adulterasti? Quod ille cum audisset, iurare per
Deum omnipotentem cœpit, quòd neq; adulte-
rauerat, neq; mulierem vllam nenerat præter
legitimam vxorem. Cùm hæc maior frater audis-
set, ait illi: Nunquid aliud quippiam peccati gra-
uioris abs te gestum est? Ille autem asseuerabat di-
cēs: Verè nihil mihi conscius sū iniquitatis, admi-
sisse, nisi quod monachos in villa nostra reperi Se-
ueriani dogmatis, ignoransq; an malum esset, cō-
municauī eis. Aliud quodlibet ignoro me fecisse.
Intellexit tunc maior natu frater, hoc esse, quod
illi dictum fuerat, fornicatum se illi et eum fuisse,
quia sancta Catholica, & Apostolica Ecclesia
omissa, in hæresim Seueri acephali, quæ re vera
caupo est, corruens, confusus erat, ac nobilitatem
rectæ fidei contaminarat.

*Vides quod qui in hæresim corruit, extra sanctam Cat-
holicam & Apostolicam Ecclesiam est.*

*Vita mulieris, quæ fidem seruauit viro suo negoci-
atori, & ambo à Deo adiuti sunt.*

CAPVT. CLXXXIX.

VENIMVS Ascalonem in Xenodochi-
um patrum, narrauitque nobis Abbas Eu-
sebius Presbyter, quòd negociator quidam
nauigans perdidisset omnia & sua, & aliena eu-
sissetq; ipse naufragiū. Qui cū venisset huc, à cre-
ditorib. cōprehensus, & in carcerē missus est. Direp-
taq; sunt oīa, quæcunq; domi habebat, & coniugis
etiā ipsius vestimenta. Illa igit ex multa anxitate
Ij 2 & tristi-